



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1740. usque ad annum 1742

Fleury, Claude

Augustæ Vindelicorum, 1787

VD18 90119649

§. 32. Turcarum tolerantia erga Lutheranos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67882](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67882)

Sæc. XVIII
A. C. 1741. concio, sed omnes laborare teneantur
secus decem argenti marcæ pendatur,
ruri autem pueri ad laborandum
incapaces catecheticae institutioni
tutinæ intersint.

§. XXXII.

Turcarum tolerantia erga Lutheranos

Optandum fane esset, ut Protestantium nonnulli erga Catholicos tam foverent tolerantiam, quam Turcis, qui tamen in præceptis christianæ charitatis peregrini sunt, Protestantes Sueci hoc anno experti sunt, quam enim Fridericus Sueciæ Rex Turcarum Imperatore fædus pergit pro Natione Suecica sectæ libertatis & Lutherani Templi in Constantinopolitana urbe erigendi facultatem exoptavit & a Sultano obtinuit, cum tamen in sua Sueciæ Regis Oratoribus dumtaxat in suis Palatiis sectæ suæ functiones suos Prædicantes in lingua germanica peragere permissum esset. Imperator hac facultate mox Sueciæ Legatus Præco Constantinopoli Holmiam tendit, ut novæ Ecclesiæ fabricam sui Ordinis impense commenderet ipse etiam Ericus Benzelius Lincolniensis Pseudo-Episcopus ad omnes Regni Prædicantes seu *Ministerium*, ut vocantur

Evangelicum epistolam encyclicam nomine Pseudo-Episcoporum & Cleri Regni Sueciæ emisit, ut a suis ovibus pro costruenda Ecclesia, & redimendis Sueciæ Nationis captivis pecunias colligi curent. Haud Lectori injucundum erit, si ipsam hanc epistolam adduxero. Est autem hujus tenoris:

„Credimus, maxime Reverendi atque amplissimi Viri, & in Apostolico, quod dicitur symbolo, universa Christi Ecclesia confitetur, se credere τὴν τῶν ἁγίων κοινωνίαν, per quam omnes viri christiani non tantum, utpote per fidem unius corporis membra, eorundem, quæ Christus obedientia sua acquirit, beneficiorum, seu spiritualium & cælestium bonorum, singuli redduntur participes; sed ad eadem officia, invicem præstanda, obstringuntur, atque sancto unius ejusdemque spiritus ductu feruntur. In hisce officiis non infimum locum sibi vindicat beneficentia erga afflictos & egenos, κλήσεως καὶ πίσεως συμμετόχους, ubicumque terrarum degerint, alacriter exhibenda. Hanc Doctor gentium Rom. XV., 26. adpellavit κοινωνίαν εἰς τοὺς πτωχοὺς τῶν ἁγίων, exhortatus cap. XII. 13. Romanos ταῖς χεραῖς τῶν ἁγίων κοινωνοῦσιν, adseruitque alibi hac κοινωνία

H h 3 „ma-

Sæc. XVIII. „manifestari *κοινωνίαν πίστεως* in gaudium

A. C. 1741. „Ecclesiæ gloriamque Dei. Sicut enim

„salvifica fides, ratione objecti ac for-

„mæ, est una, atque omnibus, cuius

„cumque gentis, conditionis, ætatis

„& temporis, credentibus communis,

„ita etiam omnes ubique ad mutua vo-

„ta, studia, officia & auxilia accendit

„obligatque, ut quos *κοινωνία πίστεως* facit

„*συγκληρονόμους καὶ τῆς ἐπαγγελίας συμμετέχοντες*

„Eph. III. 6. eos non possit non etiam

„reddere *εὐσπλαγχνες, συμπαθεῖς καὶ συνου-*

„*λαμβανομένους*, quemadmodum naturalis

„inter membra unius corporis *συμπαθεῖς*

„arguit divinum in membris mystici cor-

„poris requiri consensum, quo unus-

„quisque regentorum de ceterorum

„commodis vel adversis velit debeat

„que participare. vide 1. Corinth. XIII.

„25. seqq. At intra benevolam cari-

„mi adfectum non terminatur christi-

„stiana commiseratio seu *ἐλεημοσύνη*, sed

„(quæ etiam est receptior nominis co-

„ductio) in effectum sive praxin amat de-

„duci, jubente ipso Salvatore, Luc. XII.

„41. Eleemosynarum autem in sol-

„lectio atque erogatio incunabulis Ec-

„clesiæ cœva est; Paulus enim hanc

„ut præclarum pietatis opus & fidei

„*γνωρίσμα* laudavit in Macedonibus alibi-

„que Græcis, atque diligenter commec-

„davit

„davit Romanis, Rom. XV. 26. seq. pa- Sæc. XVIII.
 „riterque Corinthiis, 1. Cor. XVI. 1. A. C. 1741.
 „seqq. ubi ostendit & modum eas col-
 „ligendi, & in quorum præcipue usum
 „collectio debeat fieri, scilicet egeno-
 „rum, non solum domesticorum, ve-
 „rum etiam exterorum, qui per κοινωλιαν
 „πιστως inveniuntur σὺσσωμοι. Qui mo-
 „dus & usus seu finis eleemosyna-
 „rum, omni deinceps tempore, inter
 „Christianos adeo sancte observatus fuit,
 „ut hodieque, quantumvis refrigescen-
 „te in plurimorum cordibus caritate lau-
 „dabilissime & utilissime frequentetur.

„Hinc, *Venerandi & Dilectissimi Fra-*
 „tres, certa nos habet fiducia, non in-
 „gratam Vobis fore hanc nostram epi-
 „stolam, si sciveritis causam scriptionis
 „piam justamque apud Vos subire con-
 „siderationem. Minister Evangelii, Vir
 „non religiosus minus, quam eruditus,
 „utque hoc addamus, Germanicæ quo-
 „que linguæ apprime peritus, Legatio-
 „ni Augustissimi nostri Regis ad Portam
 „Ottomanicam a concionibus sacris nu-
 „per redux, coram nobis, in publicis
 „Ordinum Regni comitiis heic congre-
 „gatis, multa commemoravit de lamen-
 „tabili eorum conditione, qui, in reli-
 „gione Evangelica educati, postmodum
 „vel captivitate, vel navigatione vel
 H h 4 alia

Sæc. XVIII. „alia occasione, in Turcicum imperium
 A C. 1741. „traducti, illic sparsim vivunt, ideo
 „quam maxime miseri, quod omni ser-
 „me animarum cura destituantur, Nil-
 „sionariis Pontificiis eos vel penitus ne-
 „gligentibus, vel, si redemerint, ple-
 „rosque tamen eorum ad sua dogmata
 „ac sacra seducentibus.

„Hisce συμφορῶν nostrorum nos me-
 „ti miseriis, omnem pro re nostra solet-
 „ter circumspeximus & inivimus ratio-
 „nem colligendi & constituendi aliquam
 „Constantinopoli Evangelicæ Confessio-
 „nis Ecclesiam, ad quam miserabiles
 „captivi, vel exules vel alioquin illic
 „delati, possent sponte se conferre. Ab-
 „circo & quoniam vi fæderis inter me-
 „moratam Regis nostri Majestatem &
 „dictam Portam non ita pridem totius
 „libertas Religionis Evangelicæ illi
 „concessa est, ad procurandam ædis he-
 „cræ constructionem in Ottomanici Im-
 „perii urbe primaria, Constantinopoli
 „Clementissimi nostri Regis impetra-
 „mus gratiam, atque simul Ecclesi-
 „arum per universam Patriam nostram
 „compromissimus symbolas quantopos-
 „sibiles conferendas, ut de Templi structura
 „& redemptione captivorum optatum
 „nobis successum possimus polliceri. At
 „de perenni ejus conservatione necesse

„de Ecclesiæ illuc congregandæ successu Sæc. XVIII.
 „perpetuo longe graviori angimur soli- A. C. 1741.
 „citudine, cum videamur nobis prævi-
 „dere, auditores illic terrarum esse non
 „solum accersendos, sed & plerumque
 „numerato pretio hinc illinc redimen-
 „dos.

„Proinde, *Viri ac Fratres Honora-*
 „*tissimi*, nos freti Christiana, cujus supra
 „meminimus, *νομιμία*, qua & Vos &
 „nos & qui procul hinc inter Muham-
 „medanos opem nostram anxie anhe-
 „lant, unum sumus vel saltem esse de-
 „bemus, Vos, & quibus præpositi e-
 „stis, Evangelicas Ecclesias non tantum
 „debito honore, sed & animis pronum
 „ac benignum assensum præfagientibus,
 „rogamus, & obsecramus. Velitis Vos
 „quoque annuam eleemosynarum, seu
 „pecuniæ ab Ecclesiis, quæ apud Vos
 „florent, procurare collectionem pro
 „redimendis & porro refocillandis iis,
 „qui nostræ Religionis sunt homines,
 „Constantinopoli & Smirnæ, aut alibi
 „in vicinis tractibus captivi vel alioquin
 „extorres. Modum, quo talis *εις τους*
 „*ἀγίους λογία*, seu *διακονία λειτουργίας* com-
 „modissime fieri potuerit, Corinthios
 „docuit *θεόπνευστος* Paulus hisce verbis:
 „*κατὰ μίαν σαββάτων ἕκαστος ὑμῶν παρ' ἑαυτῷ*
 „*τιθέτω θησαυρίζων, ὃ, τι ἂν εὐοδῶται. I.*
 „Cor. XVI. 2. Argumenta autem, pro
 H h 5 „ad-

Sæc. XVIII. „adstruenda practicæ hujus ^{κατασκευαστικῆς}
A. C. 1741. „quitate, facilitate, pietate, necessitate

„& utilitate, tot eaque maximi mo-
 „menti, toto posterioris suæ ad Com-
 „thios Epistolæ nono capite coacerv-
 „vit idem Apostolus, ut nefas putare-
 „rimus dubitare, quin eisdem & ip-
 „met commoveamini, & potueritis pe-
 „movere vestros Auditores ad electio-
 „synas, quas enixe poscimus petimus,
 „que, non nobis, sed vestris pariter
 „nostris, per communem fidei com-
 „sionisque tesseram, fratribus, in
 „ta afflictione & præsentissimo æternum
 „amittendæ salutis periculo, contin-
 „tis. Facite, o! in Christo Jesu ^{Div-}
 „^{tinissimo} *Fratres*, facite, & ut Vestri ge-
 „ges universum faciant, date operam
 „quod confessæ τῶν ἁγίων κοινωσίᾳ conve-
 „nit, fides intendit, caritas urget, spi-
 „ritus operatur, Jesus omnium Domi-
 „nus jussit, Paulus monuit, commu-
 „nabilis captivorum exulumque inter
 „Muhammedanos, nostrorum commu-
 „nium fratrum, ^{διασπορὰ} efflictim afflic-
 „lat. & denique universa orbis Suevico-
 „Gothici ecclesia per nos efflagitat
 „spectatque.

„Quia tamen per celebratam pietate
 „tis caritatisque vestræ laudem fumus
 „persuasi, idem de Philemone suo scri-
 „psit Paulus Epist. v. 5. 6. 7.; colopho-
 „nis

Sæc. XVIII.
A. C. 1741.

„nis loco submonitum volumus, pecu-
 „niam, quæ apud vos in antedictum u-
 „sum, scilicet captivorum redemptio-
 „nem, annuatim collecta fuerit, omnium
 „tutissime posse ad Legationem Sueci-
 „cam, quæ ad Portam Ottomanicam re-
 „sident, rationemque redditura est, modo
 „mercatoribus recepto, transmitti, ne in
 „manus incidat Romanensium, quibus
 „antiquum est, captivos Evangelicæ Re-
 „ligionis non redimere, nisi prius jura-
 „tos, se Pontificiæ Religionis esse am-
 „plexuros dogmata. Hoc volumus.
 „Deus, ὁ πατήρ τῶν ὀικτιρῶν, Vos Viri
 „& Fratres pl. Honorandi ac Dilectissimi,
 „omnesque, qui Vestræ curæ & inspe-
 „ctioni commisi sunt, Christianos, sin-
 „cero συμπαθείας affectu impleat, ut
 „διακονία λειτουργίας, quam nos rogatum
 „hac epistola contendimus, fiat συνα-
 „ναπληροῦσα τὰ ὑπερήματα τῶν ἀγίων, καὶ
 „περισσεύουσα διὰ πολλῶν ευχαριστιῶν τῷ Θεῷ. 2.
 „Cor. IX. 17. Valet in Christo Jesu! Da-
 „bamus Stockholmæ Postridie Idus
 „Sextileis Anni MDCCXLI.

*Admodum Rever. Dignitatum Vestrarum
 Cultor Observantissimus.*

Nomine Episcoporum & Cleri Regni Sueciæ,
ERICUS BENZELIUS,
 Theol. D. & Episcop, Lincopensis.

§. XXXIII.